habem⁹:nõsipsos seducim⁹. Quia ergo nemo mũdus a sorde:necessarius est omĩbus fons misericordie:et pari voto debent ad hunc fontẽ. noe. daniel.et iob ꝓperare. De cetero Job quidẽ maxime fõtem sapientie querat:quoniã ipse magis inter medios laqueos ambulat:ita vt magnũ videatur.si a malo declinat. Danieli vẽo currẽdum est ad fontez gratie.cui nimirũ penitentie opera.et labores abstinẽtie.deuotionis gratia necesse est impinguari. Oportz enĩ vt maxime nos in hilaritate omnia faciamus.quoniã hilarẽ datorem diligit deus. Fons vero emulatiõis noe ꝯuenit specialius.quia maxie prelatos decet hic zelus.

## Ca.xxxiiii. de quattuor beneficijs dei sup psalmũ Qui habitat sermone.xiiij.

Agamus gratias factori nostro:benefactori nr̃o:redemptori nostro:remuneratori nostro.aut potius spei nr̃e: Ipse eni retributor:ip̃e retributio nostra.nec aliud iam q̃z ip̃m expectamus ab ipso. Primũ qđ nobis prestitit.nos ipsi sumus. Siquidẽ ipse fecit nos.et non ipsi nos. Paruz ne tibi istud videtur.quia te fecit? Cogita qualẽ. Fecit nẽpe etiã scđm corpus egregiã creaturam. sed ꝺm animã magis.vtpote imaginẽ creatoris insignem: rationis participẽ.capacez beatitudinis sẽpiterne. Porro scđm ambo simul. pre ceteris creaturis maxie admirandã:coherentẽ sibi incomp̄hensibili artificio.inuestigabili sapientia conditoris Itaqꝫ tam magnũ hoc donũ.q̃z magna res hõ. Sed q̃z gratuitum putas? Planum est quia nihil ante ꝓmeruit.q̃a penitus nihil fuit. An postea sꝑabat̃ gratiaz retributurus auctori? Nõ necessariã retributurus gratiaz ei qui per omnia sibi sufficit.sed deuotas relaturus gratias ei qui sic meruit sperabatur. Ne hoc quidẽ licet maximo contentus munere. qui dedit vt esses qui ante non fueras.adiecit etiam vnde subsisteres qui iaz eras:nec minus libẽaliter hoc.q̃z illud mirabiliter est operatus. Quã copiosus in scđo ħ beneficõ.q̃z libẽalissim⁹ fuit Quãta tibi largitus est ad sustentatõz quanta ad eruditionẽ.quanta ad consolationẽ:quanta ad delectationẽ:quãta ex hoc iam ad correptionem. Uerum hec duo gratis ẽt dupliciter gratis fecit. Quid dico dupliciter gratis? Sine merito tuo sine labore suo. Nempe dixit ⁊ facta sũt. An idcirco min⁹ deuot⁹. minus obnoxius.minus grat⁹ es ꝙ hec quidez sic̃ pro nihilo.sic de nihilo fecit. Peruersi cordis est.occasiones ingratitudinis vestigaẽ Nemo id facit.nisi qui etiã gratis esset ingratus Puto enim neutrũ tibi ꝓpterea min⁹ vtile.qđ p̄stanti



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-319/0281
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG